



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Petro ad vincula. Cap[itulum]. iij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse augusti occurrētibus **So. clxxx.**

erat regnum: christus purgavit peccata ipsius
 & exaltauit in eternum cornu eius: et dedit illi
 thronum regni & sedem glorie israel. **¶** Scri-
 psit autem salomon libros tres: scilicet parabo-
 larum siue proverbiorum: & ecclesiastice: atq; can-
 tica canticorum. **¶** Librum autem sapientie quidam
 ab ipso salomone: qui tamen apud hebreos nul-
 lus est: quia et grecam eloquentiam redoler: vt
 ait hieronymus: et nonnulli huc esse iudei phi-
 lonis affirmant. **¶** Primus autem liber prover-
 biorum in parabolis. **¶** iij. constitit. **¶** Tertius in ver-
 sibus. v. qui draginara dicuntur. **¶** Et disputauit
 de natura arborum & herbarum a cedro vsq; ad
 isopum. De naturis quoq; autum et omnium ani-
 mantium philosophatus est: per vnum quodq;
 genus parabolam dicens. **¶** Excogitauit etiam
 confutationes: quibus egritudines mitigantur.
 Alias quoq; quibus demones efferentur: et
 alias quibus obstricti non redirent. **¶** Et sic ex
 ipso textu biblicis constat ipsum etiam alia volu-
 mina composuisse: preter ea que in canone con-
 tinentur. **¶** Hec omnia ex tertio regum a cap.
 ij. vsq; ad. xi. inclusiu: et ex secundo paralipo-
 menon a principio vsq; ad cap. x. inclusiu. **¶** Et
 ex dictis iosephi: hieronymi: & ex hystoria scho-
 lastica: atq; ex chroniciis gusleimi breuiter col-
 lecta sunt.

¶ De sancto Iesu syrach propheta. **Cap. ij.**



Iesus si-

l' syrach or-
 tus in hieru-
 sale. honora-
 bilis doctor
 legis & diuina

sapientia perlustratus tem-
 pore ptolomei euergetis re-
 gis egypti sub simone onie fi-
 lio sacerdote claruit: q; librum

ecclesiasticum composuit: in quo et eiusdem si-
 monis mentionem fecit. **¶** Librum etiam qui sa-
 pientia intitulatur: compilasse dicitur: quia de
 hoc nulla certa veritas habeatur: qui sapien-
 tia et sanctitate pollens in diebus eleazari sa-
 cerdotis tempore ptolomei philopatoris na-
 ture humane debitum soluit: sepultusq; est in
 hierusalem in sepulchro patrum suorum: et a tu-
 deis maxima veneratōe celebris habet: cuius
 librum nepos ipsius ex filio eiusdem cum eo
 nomine iesus ex hebreo in grecum transtulit:
 vt idem in ipsius libri prologo testatur.

¶ De sancto Petro ad vincula. **Cap. liij.**



Petru sancti petri ad

vincula quattuor ex causis institu-
 tum fuisse putatur: scilicet in memo-
 riam liberationis: in memoriam
 cathenarum ipsius reptionis;

pro destruendo ritu gentilium: & pro impetran-
 da absolute spiritalium vinculorum. **¶** Prima
 igitur causa est in memoriam liberationis petri.
 Nam sicut in hystoria scholastica dicitur. **¶** Her-
 rodes agrippa romam adijt: et ibi caio nepoti
 tyberij cesaris familiarissimus extitit: vñ post
 aliquod tempus tyberio defuncto caius in im-
 perium sublimatus: herodem regem in iudeas
 destinauit. **¶** Qui cum venisset hierusalem: vt di-
 citur actuum. xij. occidit iacobum fratrem iohan-
 nis gladio: videns autem quia placeret iudeis
 in diebus azimorum petrum apprehendit: et
 in carcere cathenis vincitū reclusit. **¶** Angelus autē
 eidem noctu astitit et lumen in habitaculo re-
 fulsit: ac petrum a vinculis mirabiliter absolu-
 it: liberumq; abire dimisit. **¶** Sequenti autem die
 dum herodes custodes derentos propter libe-
 rationem petri diuersis vellet penis afficere:
 concitus in cesaream descendit: vbi dum esset
 sicut refert iosephus in. xij. antiquitatus libro:
 & ad eum totius prouincie viri vnanimiter con-
 uenissent: ille veste ex auro mirabiliter cōtex-
 indutus incipiente die processit ad theatrum:
 vbi dum primos solis radios vestis aurea susce-
 pisset: repercusso splendore duplicatam spectā-
 tibz lucem fulgor metalli vibratis effudit: vt
 per hoc plus aliquid de eo q; humane nature
 est artifex arrogantia mentiretur. **¶** Qui mox ad
 populum vti facundissimus erat mellifluo ser-
 mone conlonari cepit. **¶** Illico aduantis voces
 concrepant: ipsum non hominem sed deum. **¶** Et
 dum sibi oblatos diuinos honores nimia pre-
 sumptōe suscipere: vidit super funiculū eius
 capiti existentem bubonē: quem rome existens
 ab augure didicerat futurum ante. v. dies mor-
 tis sue presagium. **¶** Et cōtinuo percussus ab an-
 gelo vermicibus per. v. dies viscera corrodentis
 bus exspirauit. **¶** In memoriam igitur tam mire
 liberationis principis apostolorum a vinculis
 & dire vltionis in tyrannum protinus subsecu-
 re: ecclesia festū beati petri ad vincula solēni-
 zat. vñ et epistola in missa cantatur in qua hec
 liberatio facta perhibetur. **¶** Et hinc hoc videtur
 q; hoc festū dici debeat petri a vinculis. **¶** **¶** **¶**
 cunda causa est in memoriam inuentionis ca-
 thene. **¶** Cum enī beatus alexander papa & mar-
 tyr: qui in custodia detinebatur a quirino tribu-
 no filiam ipsius quirini balbinaz nomine ad se
 in carcerem delatam: imposta boga sua in col-
 lo ipsius puella a strumate liberasset: vt supra di-
 ctum est in passione quirini martyris. **¶** iij. kalē.
 aprilis. et in passione alexandri pape. v. nonas
 maij. **¶** Balbina ad christum conuersa & baptiza-
 ta: ipsam bogam apud se ex deuotione retinēs
 frequenter osculabatur. **¶** Quod cum faceret ale-
 xander papa ipsam exhortatur vt bogam illam
 dimittat: sed cathenas beati petri diligenter in-
 quirat: quas si reperire possit eas cum summa
 deuotione retineat. **¶** Quirinus igitur ad instā

ttiam filie in carcere vbi petrus detentus fuerat diligenter cathenas inquiri fecit: easq; tandem repertas filie concessit: que in kalē. augusti reperte sunt. Tunc sanctus alexander hoc festum in memoriā cathenarū petri in kalē. augusti celebrandū instituit: et in honore eius ecclesiam fabricauit: quā et ad vincula noiauit: et ibidem cathenā ipsam reposuit: vbi in ipsa solēnitare multitudo populū congregatur: et petri vincula deosculatur. **T**ertia causa institutionis est s̄m bedā. Cum em̄ octavianus imperator rempublicā primus et mirabiliter auferret: augustus primus omnium vocatus est: vnde et hunc mensem qui prius sextilis dicebatur: quod sextus a marito: suo nomine intitulauit: eū augustum vocans. In memoriā igitur octauianū augusti oēs romani primā diem ipsius solenniter celebrabant: et diuinos quodāmodo honores gentili principi exhibebant: vsq; ad tēpus theodosij imperatoris q̄ cepit regnare anno dñi cccxxv. Eudoria igitur filia ipsius theodosij vxor valentiniani h̄erosolymā ex voto perrexit: vbi quidā iudeus p̄ magno munere cathenā ei obtulit qua sub herode petrus apostolus vincitus fuit. Eū ergo romā redisset: et romanos in honore augusti cesaris in kalēdis ipsius mense solēnitare videret: cogitans q̄ nō de facili a tali eos errore reuocare posset: cogitādo traxit: vt obseruantia quidē sic staret: sed in honorem beati petri fieret: et ip̄m d̄sem omnis populus ad vincula nominaret. Hābitaq; collatione euz pelagius papa multis exhortationibus populū induxit: vt memoriā principis paganorum transfireret ad memoriā principis apostolorū. Tūc imperatrix cathenā quā de h̄erosalē attulerat protulit: et papa illā qua petrus rome vincitus fuerat eduxit. Hec igitur illi sociata ita miraculose vna cathena facta est: ac si semper vna et eadē extitisset. Ipsa igitur vincula papa et regi na in ecclesia sancti petri ad vincula posuerūt: et ipsam multis priuilegijs dotauerūt. Ad predictū diē vbiq; celebrē fore instituerūt: vix kal. augusti. **A**nno dñi. ccccl. quidā comes ortho- nis imperatoris a diabolo crudeliter arreptus in tantū: vt seip̄m dentibus laceraret: ad iohā- nes papā ducit: vt cathena ipsa eius collo circū daret. Sed dñi alia cathena furēt: collo fuisset imposta nihilq; ex hac pueniret salutis nimirum vbi nihil erat d̄tū: tandē petri cathena producit et furentis collo imponit: statimq; demon ab ipso effugatur. Tunc theodericus meresi. episcopus ipsam cathenā arripuit: et illā se non dimissurum nisi pars eius sibi cōcederet: aut sibi manus abscideretur: asseruit. Tandem cū de hoc multa cōtrēto esset: imperator iste q̄tā sedauit: et ex illa cathena a papa anulū vnū episcopo impetrauit. **Q**uarta causa huius festi institutionis esse potest: quod dñs petri a vinculis miraculose absoluit: et eidē ligandi

atq; soluendi potestatem concessit. Nos etiam qui vinculis peccatorū obligati tenemur: absolui indigemus. Ideo igitur solēnitare petri ad vincula celebramus: vt sicut ille a vinculis absolui promeruit: et sicut absoluendi potestatem accepit: sic et ipse a peccatorū vinculis nos absoluat. Hanc vō vltimā causam institutionis quis de facili perpendere potest si videat: q̄ absolute- tionem a vinculis in apostolo factam epistola memorat. Absoluendi et cōcessam euangelium recitat: et absolute- tionem ab ipso nobis sciendam oratio hodierna depostulat.

De sanctis Machabeis mar. Cap. liij.



Achabei mar

tyres septem fratres fuerūt: qui cum matre reuerēda pro obserua- tione legis diuine sub antiocho rege in h̄erosolyma passi sunt: pur in. ij. machabeoz cap. vij. plenius continet.

Cum em̄ porcinas carnes nolent comedere: primo plagis taurearum iubente rege verati: deinde singillatim vnusquisq; eorum amputatis linguis: et cute captis cum capillis abstracta: atq; precibus manibus in sartagine et ollas eneas accensas missi spiritum tradiderunt: quos mater mirabilis in supplicis horrabat: et constanti animo ad tolerantiam inuitabat. Que tandem omnibus per ignem cōsumatis: vt dictum est: et ipsa similiter eadem pena cruciata martyrij corona filijs sociata est. **E**t notandum: q̄ ecclesia orientalis facit festa de sanctis vtriusq; testamenti. Occidentalis autem non facit festa de sanctis veteris testamenti: eo q̄ ad inferos descendunt: p̄ter q̄ de innocētib; eo q̄ in ip̄oz singulis x̄ps occisus est: et de machabeis. Et hoc propter quatuor rationes. **P**rimo propter prerogatiuā martyrij: q̄ iaudita supplicia ultra altos testamētū veteris passi fuerūt. Et hec est ratio comestoris. **S**ecūdo propter representationē myste- rij. **S**eptenarius em̄ est numerus vniuersitatis: significatur em̄ in istis oēs sancti veteris testa- menti celebrare digni: et in his septē ceteris oibus reuerentia impenditur. **T**ertio p̄pter exemplū patientiū: proponunt em̄ in exemplū fidelibus: vt scilicet eorum constantia ad cētū fidei animentur et ad patiendū pro lege euā- gelij: sicut et illi passi sūt p̄ lege moysi. **Q**uarta est propter causam supplicij. Nam pro defen- sione legis sue talia supplicia passi sūt: sicut et christiani pro defensione legis euangelice patiuntur. Has tres rationes assignat iohannes belet̄ in summa de officio. Passi sunt autem kalendas augusti.

De sancto Eusebio ep̄o et martyre. Cap. v.